FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Caii Crispi Sallvstii Opera Omnia

Sallustius Crispus, Gaius

Lipsiae, Anno MDCCXXIX.

VD18 13486500

Caput VII.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219271

Visual Library

2 minumum ipſe de ſe loqui [9]. Quibus rebus Micipſa, tametſi initio laetus fuerat, exiſtumans virtutem Iugurthae regno ſuo gloriae fore: tamen poſtquam hominem [10] adoleſcentem, exacta aetate ſua [11], & paruis liberis, magis magisque creſcere intelligit, vehementer eo negotio [12] permotus, multa cum animo ſuo voluebat [13].
3 Terrebat eum natura mortalium auida imperii, & praeceps [14] ad explendam animi cupidinem, praeterea, opportunitas ſuae [15] liberorumque aetatis, quae etiam mediocres [16] viros ſpe praedae transuerſos agit [17]: ad hoc [18], ſtudia Numidarum in Iugurtham accenſa; ex quibus [19], ſi talem virum [20] dolis interfeciſſet, ne qua ſeditio, aut bellum oriretur, anxius erat [21].

9 ex aliqua oſtentatione aut iactantia. 10 Iugurtham. 11 dum ipſe iam ſenex erat, & filios adhuc paruos habebat. 12 per eam rem. 13 cogitabat. 14 quae facile impellitur. 15 ſuae ſeneſcentis, & liberorum iuuenilis adhuc aetatis. 16 mediocris fortunae. 17 impellit ad cupiditates varias. 18 fauorem. 19 ſtudiis, cauſſis. 20 tam egregium virum Iugurtham. 21 verebatur, in metu erat.

CAPVT VII.

1 HIs difficultatibus circumuentus [1], vbi videt, neque per vim, neque inſidiis opprimi poſſe hominem tam acceptum [2] popularibus;

1 Circumdatus Micipſa. 2 gratum & charum.

Franckesche Stiftungen zu Halle

bus[3]; quod erat Iugurtha manu promtus, & ad-
petens gloriae militaris, ſtatuit eum obiectare
periculis, & eo modo fortunam tentare. Igi- 2
tur bello Numantino [5] Micipſa, cum populo R.
equitum atque peditum auxilia mitteret, ſperans
vel oſtentando [6] virtutem, vel hoſtium ſaeui-
tia [7] facile eum [8] occaſurum [9], praefecit [10] Numi-
dis, quos in Hiſpaniam mittebat. Sed ea res lon- 3
ge aliter, ac ratus [11] erat, euenit. Nam Iugurtha, 4
ut erat impigro atque acri ingenio, vbi [12] natu-
ram P. Scipionis, qui tum Romanis imperator
erat, & morem hoſtium cognouit: multo labore,
multaque cura, praeterea modeſtiſſime paren-
do [13], & ſaepe obuiam eundo periculis, in tantam
claritudinem [14] breui [15] pervenerat, vti noſtris [16]
vehementer carus, Numantinis maxumo terrori
eſſet. Ac ſane, quod difficillimum inprimis eſt, 5
& praelio ſtrenuus erat, & bonus conſilio: quo-
rum alterum [17] ex providentia [18] timorem, alte-
rum [19] ex audacia temeritatem adferre plerumque
ſolet. Igitur imperator [20] omnes fere res aſperas [21] 6
per Iugurtham agere [22], in amicis habere [23], magis
ma-

3. ſubditis, ciuibus 4. obiicere. 5. Numantia vrbs Hiſpaniae erat, quam illo tempore oppugnabant Romani. 6. ſi oſtenderet Iugurtha fortitudinem ſuam. 7. per ſaeuitiam. 8. Iugurtham. 9. periturum eſſe. 10. illum. 11. quam putabat. 12. poſtquam. 13. iuſſibus Scipionis. 14. gloriam, famam. 15. tempore. 16. Romanis. 17. bonitas conſilii. 18. *Vorſichtigkeit.* 19. ſtrenuitas & fortitudo in praelio. 20. Scipio. 21. difficiles. 22. coepit. 23. inter amicos ſuos ponere.

24.